

18

minice passiois deuotio magis augeatur. omnia que xps passus est ita debent homini esse accepta et grata ac si pro ipsi solūmodo salute ea sit passus. Et propter hoc orationes iste omnes in singulāri numero sunt formate.

Prima pars de hora matutinali et habet articulos. xx. Theorema.

Domine

su christe fili diuini. qui hora matutinali pro me misero peccatore et pro totius mundi redemptione imminēte hora passiois tue tristari. pauere et mestus esse uoluisti. doce me oēs tristitiam meā ad te deū cordis mei semper referre: atq; in uinoe tue tristitie i te eā uicere. et tecū amantē sufferre.

Primus articulus de dominice passionis assumptione et tristitie assumptione. Nam ut dicit Augustinus. Lena domini facta: et pedū lotionem celebrata: terminato sermone p̄claro quē

post cenam ad discipulos fecit: adiuncta oratione ad patrem: Johannes passionem suam sic exorsus est. Egressus iesus cū discipulis suis transiit torrentē cedron: uenit in uillam montis oliueti que dicitur gethsemani: et erat ibi ortus in quē introiuit ipse et discipuli eius. Et ait illis. Sedete hic donec uadam illuc et orem uosq; orate ut nō intretis in tēptationem. Et assumpto petro et duobus filiis zebe dei. scilicet iacobo et iohanne tanq; secretioribus: quē etiam uiderant in morte gloriae transfigurationis: cepit consternari et mestus esse. Marcus dicit. cepit pauere et tederē. et in idem redit. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Hic ē primus punctus passionis christi: uidelicet pauor et tristitia quam pro nobis passus est. Assumpsit autem istā tristitiam propter tria. Primo scdm̄ hieronymum: ut ueritatem assumpti hominis probaret. Naturale quippe ē homini timere mortem. Quia ut dicit damascenus. Est timor naturalis nolēte aīa diuidi a corpore p̄pter eā q̄ ex principio

a iij